

Palumbem pro columba. xxv

Φάστηρ ἀντί σῆσισθε, id est, Palumbem pro columba, subaudi urbem ad sententiam accommodatum. In epistola Mornie nescio cuius ad Chremetum: αὐλακήδα δὲ λυστός μηνὸς ἡ εὐτύχησι εἴσοδος, νέμφης σολίδων αὐτή σῆσθε λαρυγγιστής μοι φάστηρ ἀντί σῆσισθε φασι, π. ἐτοῦς γεννώντος νύμφης, id est, Redemptam tibi canam, quia forte amat, sponsosq; stola amictam mihi induxit, columbe loco palumbem, ut diuit, meretrice pro flosfa. Vfus est Plato in Theateto. Cōveniet, ubi quod deterius est, et adulterinū, pro eo quod est praestantius, ac legitimum supponit.

Cilix haud facile uerum dicit. xxvi

Κίλης ἔσθιως ἀλισθεῖ. id est, Cilix haud facile uerū dicit. Dionysius in epistola ad Rufium scholasticum: Λόγῳ δέ τοι παντούς, μη ἔσθιως ἀλισθεῖ τοι κίληκας, id est, Vetus uerbum est. Cilices haud facile uerū dicere. Quantquam ἔσθιεν εἰ μη aliquoties est preflare quid dixeris. Quia drabit in hominem autū lucri, et ob id saepem uanuorū dicēunt non que uera sint, sed que illa. Natum adagii à moribus eius gentis, quo nomine nunc uulgo notant Traiectinos.

Culicem elephanti conferre. xxvii

Κώνυπα ἔσθειν τὸ παρόσταθεν. id est, Culicē elephāti conferre dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanius ad Casilum: Τοῦ ἐμόρι πτερόπορος, διορ οὐνωντος ἔσθειν τὸ παρόσταθεν. id est, Ego uero perinde sum, quasi cullex cū elephante collatus. Huus generis est Vergil. illud: Sic canibus catulos similes, sic matribus hordos Noram, sic paruis compondere magna solebam. Et: Si parua licet componere magnis.

Dum clauim rectum teneam. xxviii

Dum clauim rectū teneam, id est, dum meo singulari officio. Significat autem non impudandum euentum pari prope rum artifici, modo is prefliteri, quod artis est. Quintilianus libro secundo institutionum, prouerbiale suffe demontat. Nam ex gubernator, inquiens, uale salua nau in portum peruenire, si tamen tempestate fuerit abreptus: nō ideo minus erit gubernator, diceris; notum illud:

Dum clauim rectum teneam.

Videtur hemislichium ē poēta quoq; sumptum. Nonnulli citant ex Ennio.

Dum clauim rectum teneam nauim; gubernem.

Huc allusit M. Tullius lib. epistol. famul. 12. Una nauis est iā honorum omnium, quam quidem nos danus operam, ut reuelam teneamus, utinam prospero cursu. Sed quicunque uenti sunt, ars noſtrā certe non aberit.

## Incus maxima non me-

tuit strepitus. xxix

Ἄκμωρ μέτισθεν φοβεῖτο τοις φόφοις, id est, Nihil tumultus metit, incus maxima.

Excelsus animus non conuenienter minis, aut fortunę seuenientis procellis. Translatum ab incudibus fabrorum exteriorum, que tamen si hinc atq; hinc tundantur crebris malleorū ielli- bus, tamen haud quaque loco conuenientur. Vergilius hu- iusmodi constantem animum queruo robori similem facit;

Idem de animo inexorabili:

Quām si dura filex, aut stet Marpesia cautes.

Exstat apud Grecos distichon integrum huiusmodi:

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖτο τοις φόφοις, και τοῦς ἔχειρας πολέμει ελαχιστούς θάροις. id est, Strepitum ac tumultum maxima incus habet, timet, Constat nec animus quantlibet uolentiam.

## Veneri suem immolauit.

xxx

Αφροδίτη ὑπερτεῦσε, id est, Veneri suem immolauit. Dici solitum, ubi quis munus offert minime gratum, inuisus enim Veneri sus, propter Adonitem illius annus apri dete p̄emptum. Aut contra, cum quis alius in gratiam alterius ledit. Quemadmodum caper maestatio Libero: non quis gratius, sed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare. xxxii

Αμφὶ τῷ οὐκ εἶναι δί τοι φόνον πολέμω. id est, In bello bis errare non licet, in rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erratur, actum est de capite, nec est secundo errori locus. Vel quod in bello, quia cuncta tumultu peraguntur, non detur spaciū reuocandi, restituendi, si quid perperam sit institutum. Unde Homerus, cū dibi, tian Iliados. Ολύμπιος δέ τοι αὔταντος πολέμου. id est,

At uero exigua est interspiratio belli. Proinde in his rebus, in quibus si semel erratione fuerit, nō est quod in posterum sarcias, cautum ac circumspicte agendum, admonente vel Minio illo non instituo:

Deliberandū est diu, quicquid statuendū est semel.

Puta de sacerdotio, de matrimonio, deq; id genus alijs: que si temere fuerint instituta, non est quo priores cogitationes posterioribus, ut diuit, melioribus emendas. Huc pertinet quod ē Catone citat Vegetius. In alijs rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi, prælioriam delicta emendationem non recipiunt, quia statim poena sequatur errorem: Aut enim confitim percunt qui ignave imperiteq; pugnauerint, aut in fugam uerti, uictoribus ultra pars esse non audent.

Panidis suffragium. xxxii

Πανίδιος οὐ ποτε. id est, Panidis suffragium. In eos torquebat, qui flulte atq; incrudite indicarent. Ait Panides hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homeru praeterit: perinde quasi dicas: Mide suffragium, quod is quoque Panis agrestem cantionem anteposuerit Apollinis musicę. In genere conuenit in iudicia iudicū, cui ferè semper pessima pro optimis placuerint. Huus suffragij Menandrus aliquoties superauit Philemon. Euripides cū quinq; et septuaginta tragedias scripsit, in solis quinque uicit. Nec aliud est hodie quoq; populi de facis concionatoribus iudicium, quam quod Plinius estate sua de recitatoribus fuisse scribit: Si quando transibis, inquit, per basiliā, et soles scire, quomodo quisq; dicat, nihil est quod tribulum aſcendas, nihil qd; præbeas aures: facilis diuinatio, scito eam pessime dicere, qui laudabitur maxime. Quod propter Socrates in Critone Platonis, illud in primis uult esse sapienti fixi decretationis, ne quid opinione iudgi commouetur, in modo sufficiunt habeat, quicquid senserit iudgi uehementer arridere.

Patacione calumniiosior. xxxxiii

Πατακιονθεν οὐκοφειλοτερον. id est, Patacione calumniiosior. Ab euentiat natum. Nam Patacione quissimam infamis calumniator, cui cū mos effet bonus uiris calumnias fruere, atq; hoc tam fecit que uiparare rem, tandem deprehensus, coniunctusq; poenas dedit capite.

Omni pede standum. xxxxiv

Ὥλω πολ' i, id est, Omni pede, pro eo quod est, summava, summoq; iſuſ. Referrat à Suidā. Quintilianus institutionum oratoriarū lib. 12. Itaq; in his actionibus, omni, ut agricole dicunt pede, standū est. Videri poterat traductum ab ijs, qui in acie constanti partis suat tuentur, neq; locion deferten: aut à palestritis, quorum artis est, scite pedem figere: nisi Quintilianus ab agricolis proficuumesse testaretur,

Callum

## Callum ducere.

XXXV

Proverbiales metaphorae sunt: Callum ducere, et occidere, siquidem ad animum detorqueantur. Quintilianus libro duodecimo: Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sepicile legimus apud M. Tullium, occalluisse aures, cum effusso sensu mali admittit.

## Extra organum.

XXXVI

Quintilianus libro undecimo: Et his diuersa mox, et penes extra organum: cui Graeci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac penitus naturam uocis humane acerba. Extra organum dicunt, quod inmodicum est, et extra vulgariter monstrum. Veluti si quis leges Platonicas huius etatis cibibus proponeret. Dicunt est ab organo musicali, quod intra uige finam uocis constituit. Conuenit ite in uehementer clamosum.

## Demulcerare caput.

XXXVII

Demulcerare caput, allegoria proverbii nice recepta, pro blanditiis sumpta ab adulantibus gestu. Quanquam hunc inter moras commemorat Fabius lib. undecimo: In hac, inquit, evanescere sunt quedam non indecentia, ut appellant scenae, et more, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos. Chremes in Hautentimorumeno, negat se sibi tempore posse, quin Syro caput demulcerat. Est subinde et apud Plautum. Diuus Hieronymus ad Augustinum: Pretermissa salutationis officia, quibus meua demulcerat caput. In eundem sensu uscopari Lucilius seabere apud Nonium: Hic ubi me uidet, subblanditor, palpatur, caput scabitis.

## Toto organo.

XXXVIII

Quintilianus libro undecimo: Est enim quedam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc uelut tractabilis: utique habens omnes in se, qui de siderant, so nos intentiones, et tote, ut diuent, organo instructa. Hanc diemus ille. Proinde toto organo instructa recte dixeris, que numeris omnibus constant, et undique quadrant. Sumptum et hoc à musicorum instrumentis.

## Ultra linum.

XXXIX

Ἔπειρος τὸ λίνον. id est. Ultra linum. Lucianus in Ioue redargito: Οὐδέποτε γάρ οὔτω πόσον ἀπέχει τὸ νόμα τὸν μοιούσην οὐδὲν ἔπειρος τὸ λίνον. id est. Neque enim quicquam ita fieri poterit, preter Parcarum legem, et ultra linum. Ultra linum dixit, pro eo quod est, extra decreatum fatidac. Allusum est autem ad filia trium Parcarum. Confine illi, quod alias retinimus: ὑπὲρ τοῦ ἀγρεπτοῦ, id est, Ultra fusum.

## Omnia secunda saltat senex.

XL

Omnia secunda saltat senex. Iocus proverbialis, quo conueniet ut, quies res prius in periculum adducta, preter expectationem felicer exierit. Serinus enarrans illum Maronis versiculum ex tertio Aeneidos libro:

Lustransq; Ioui, uotisq; incendimus aras.

Adagium refert explicatio, his verbis: Scendum sanè moris fuisse, ut piaculo commisso, ludi celebrarentur. Nam cù ira cundia matris deum Romani laborarent, et eam nec sacrificijs, nec ludis placare possent, quidam senex statim ludis Circensibus, saltauit: que sola fuit causa placationis. Vnde ex natum proverbium: Omnia secunda, saltat senex. Idem Serinus explicans locum eiusdem poëtae in Aeneidos octavo:

Vt celsas uidere rateis, atq; inter opacum

Allabi nemus, et tacitus incumbere venis,

Terrurent uolu subito, cunctisq; relicitis

Coniurgunt mensis, audax quos rumpere Pallas

Sacra uicta.

Cum aliquando, inquit, Rome ludi Circenses Apollini cele-

brarentur, et Hannibal nunciatus esset, circa portam Collinam ingredi, omnes raptae armis concurrenti. Reuersi postea cum piaculum formidarent, inuenient saltantem in circu secum quendam, qui cum interrogatus, dixisset se non interrupisse salutationem, duclum est hoc proverbium: Salta res, saltante sene. Verius apud Festum Pompeium bunsmodi fabulam asperit, C. Sulpitio, et C. Filatio consilibus, M. Calphurnio Pisone praetore urbis, faciente ludos, sibito nunciato hostium aduentu fore ad arma concorsum est. Sed postquam uictores redissent in theatrum, ne ludi intermissione religionem adferrent, et instaurari oportere dicerent, inuenient est ibi C. Pomponium libertum, hominem grandem natu, ad ibi cincim saltasse. Itaque gaudio non interrupte religiosum adiuuocem, nunc quoq; celebrari. Sunt qui C. Voluum uarientur appellatum sūesse, qui ad tibicinem saltarit. Meminit huius et T. Liuus dicubi, ni me fallit memoria. Huic fini timum est illud, quod alio diximus loco: γλαῦξιν ἴστο. id est, Noctua noluit. Aristophanes in Vejpsis: Γλαῦξὶ δὲ ἡμῶν περὶ μάχεσθαι τοῖσθαι Διάστο. id est, Nostra enim ante primum uida per uolans agmina. Significat uictorianum non uirtute militum, sed Minerue dextitate contigisse.

Gladium dedisti, qui se occideret. XL I

Adagij formam habet, qd scripsit Plautus in Trinummbo: Gladium dedisti, qui se occideret, id est, ministrasti materiam et aduentum ad perniciem. Veluti si quis amanti adolescenti pecuniam det in manu: aut iuueni temerari mandet magistratum: aut mulierem permittat quod lubeat eundi licentia. Deinde et Aeneas Didoni gladium quo se occidit. Quo quid loquitur. Serinus, que nobis alio loco dicta sunt in proverbio: Εὔχεσθαι καὶ ωραῖος θάρσος.

Alienum arare fundum. XL II

Ἄλλοι τοιούτους ἔργους, id est, Alienum aruum arare. Proverbialis metaphorā dicitur est, pro eo quod est, alienum agere negotium, aut cum alienis toxibis habere rem.

Theognis in sententijs:

Ἐχθρίον δέ γνωσκε ποιόν τομον, τοῦτο δὲ μάσχον  
δέ τοι τοπερίτων δελτερώσαρε εργάζεται. id est,  
Est inuisu mibi mulier uaga, inersaq; maritus,

Alterius fundum quicquid arare cupit.

Plautus item de marito adultero: Fundum alienum arat, suū inculsum deserit.

Fluuius, quæ procul  
absum, irrigat. XL III

Ποταμὸς τὰ πόδια πετιζόμενος τὰ δέχειρα κατέλειπε. id est, Fluuius que longe dista sunt, irrigat, que proxima sunt, preterit. De his diu conueniet, qua bene meretur de extensis, et nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Referit Diogenensis. Apparet inde dictum, quod ubi fluuius oritur, minor est solet, minusq; argille secum trahens: et quo longius recessit a fonte, hoc est copiosior, uberiorq;.

Magnō fluminī riuululum inducīs. XL IV

Ποταμῷ μετάθεψε δέχεται τετάγης, id est, Magnō flu mini canalem inducis, id est, maximis rebus, pufillum et imitabile momentum addis. Commemoratur à Suidā. Einitimū est illis: Sylue addere ligna: mari aquam: soli lucernam.

Ne patris quidem nomen  
dicere possit. XL V

Synesis in epistola quipia aduersus Andronichū: ἔπειρος  
οὐκ ἔπειρος εἰτέρη πονηταίσι, ἀλλ' οὐδὲ πεπόνι  
φασι, id est, Homo qui ani nomen dicere non posset, inio ne patriis

patris quidē ut dūt. Quadrat in uchemēter obſcuros & ſpu-  
rios, incertoq; patre natos. Quod genus eſt & illud iuuenia.  
Qorum nemo queat patriam monſtrare parentis.  
Vnde Plutarchus exſtinat ſpurios dictos nothos, qd' duabus  
hiſ literis pro noſtros soleat. S.P. hiſq; ſignificari, ſine patre.

Nec ſi bos quidē uocem ædat. XLVI

Alcibidon in epiftola Glyceria ad Menandrum: An duxi  
totuſ ſuſtēni hōptō, maſ tāg beāde, oī ſi ſi ſe, moī, d  
λερό μούρο, φέρει το τεθέλω ἄρι. id eſt. Hoc autē nullo  
paſto crediderim, ne ſi bos quidē fuerit elocuta. Hinc dictū  
eſt, quod in annalibus frequenter commemoratur, bos huma-  
nam uocem reddidisse. Memini legerē, in fallor, apud Plato:  
nem non diſimili figura dictū, etiam ſi quereret eloqueretur.  
Nam olim e querceribus Dodoneis reddebanter oracula.

Aegaeum nauigat. XLVII

τὸν ἀγαθὸν πλῆ, id eſt, Aegaeum nauigat. Aelianus in  
epiftola quaſipam: Γεωργὶ καὶ γεωργὶ ἀπλεῖται ὁ  
γειτων λόχης ἐπέβοι νεῶ, Ο πλῆ τοῦ διάδημοῦ φαῖ,  
καὶ ἔπει τελέσκη μετρή, ἐπικυματίζε, καὶ λάζε εἰορ  
ῇ, καὶ ἀνεμοῖς μάχεται ἀφέοις. id eſt. Vicinus Laz  
ches reliqua agricultura, et agricultoris ſuſu, naue conſer-  
dit, atq; Aegaeum ut aiunt, nauigat, reliquaq; meiuit mar-  
ria, et in fluctibus agens, lari uitam uiuat, cumq; uarijs uen-  
tis dimicat. Persuſ item in quinta Satyra:  
Ocyus ad nauem, nihil obſtit quin trabe uafa  
Aegeum rapias.

Quadrabit igitt in hominem ob lucri ſtudium, nihil onus  
no periculi recuſantem.

Liberi poētae & pictores. XLVIII

Lucianus in dialogo quem inscriptis, n̄t̄s f̄ ἕκοντα:  
κοὶ τοι τελεῖοι, οὐ τοῦ δέ λόχη, ἀνθεύωνται εἴναι τοικα-  
τὰς Ο γεφεῖ, id eſt, Atq; uetus hoc dictum eſt, liberos  
eſt poētae, ac pictores. Idem in Demothenis Encomio, τὸ  
ρῆμα δὲ τηνίκερ φύλον ἀνέβορον, id eſt, Atq; poētae  
cum genus liberum. Sentit autem liberum ſe poētae & pi-  
ctoribus impune, quicquid uelint fingere.

Ad quod alluit Horatius, cum ait:

Pictoribus atq; poētais,  
Quidlibet audiendi ſemper fuit equa potestas.

Eſt autem plurimum cognitionis inter poētēn et picturā.  
Hinc eſt quod Simonides autore Plutarchο: τίνω μὲν ζεγε-  
σιαρ ποικιλή στοιχεῖαρ προστργόνοισιν, τὸ δὲ ποικιλ-  
ζεγεσιαρ λατταρι. id eſt, Pictura tacitan poēſim appellat:  
poēſim autem loquentem picturam. Proinde Horatius:  
Ut pictura poēſis erit.

Torqueri poēſis in eos, qui pertinaci et obſtinato ſunt inge-  
nio, quosq; neceſſe fit ſuis morib⁹ relinquere. Aut in mulie-  
res, quibus nihil non permittitur, aut in principes, quibus om-  
nia laudi dantur.

Per tranſennam inſpicere. XLIX

Per tranſennam inſpicere. Frouerbiā minarū figura di-  
ſtum eſt, pro eo quod eſt, non propius, necq; ſingillatim, ſed  
procul et ſummatis inſpicere. Translatum à negociatori-  
bus, qui mercibus cancellis objicit: quidā eītā uirū pelluci-  
dū opponit, ut prætereuntibus procul modo contemplari li-  
cat: nec explicant eſt, niſi licitatori idoneo. M. Tullius de  
oratore lib. primo: Si in aliquam domū plenam ornamento-  
rum, uel in villan uenifſes, ſi ea ſe pofita, ut dicis, eſſent: tuq;  
uſde ſpectandi, cupiditas eſt, non dubitares rogare domū,  
ut proſterri uibet: præſertim ſi eſſet fauarius: ſimiliter mi-  
petas a Cracco, ut can copiam ornamentorum ſuorū, quam

conſtructam uio in loco, quaſi per tranſennam preterentes  
ſtridit affiximus, proferat, et ſuo quicq; in loco collocet.  
Ne de lite pronunciſ.

M. Tullius lib. epiftolarū ad Atticū. 7. Obſcero μὴ τεδί=  
ιδω, praſertim in te, quo nihil unquam uidi temere fieri.  
Notauit Cicero carmen procurbiade, quod citator cū alijs  
multis, ab Iacino libello de calumnia:  
Μήτρει δικέσθη, περιμέλαιρι μένθοράκεσθη, id eſt,  
Ne index ſueris, partes ni audieris ambas.  
Nonnulli tribunt Hefiodo, ſed filio. Vnde Tullius φέρει  
εἰδὸς ὃν appetiat, cū ſit Phocylidēs. Adnotet autem te  
mere pronunciandū de quopiam, niſire ultro, citrō diligē-  
ter cognita. Citator et apud Aristophanem in Veſpīis:  
ἢ πτοφός ἦρ τοῦ ζε ἐφοικε, πτήρ ἀρ ς μεροὶ μένθορ  
ἀκεσθη, Οὐκ ἡρ Δικέσθου, id eſt,  
Sapiens ſit, quicquid dixit,  
Trius ac partem audieris utrāq; ne indicem agas:

Eandem ſententiam ſic extulit Euripides in Heraclidis:  
Τίς ἀρ ς Δικέσθη, κρινούσθη, ἢ γνοῖς λόγη,  
Πτήρ ἀρ παρ μεροὶ μένθορ ἐκμάδης Φε. id eſt,  
De lite qui nam iudices, aii qui queat.

Pernolle rem, prius atq; partem audieris Vtrangis  
Feror inter Græcanicas ſententias et hic ſenarius:  
Ἄρεταρος μὲν κοδαλεὶ μέντην, id eſt,  
Ne quenpiam punio, rem ni expenderis.

Duoibus partiter euntibus.

M. Tullius epiftolarū ad Atticū lib. 8. Vna fuſſemus,  
confutim certe non defuſſet, ſc̄wte d' ἐρχομένῳ. Idem  
epiftolarū familiarium lib. 9, ad M. Varrorem: Volebam  
prope diciui eſſe. Si quid bone ſalutis, ſc̄wte d' ἐρχα  
μένῳ. Locus eſt apud Homerum Iliados. K. ubi Dionedes  
iutus exploratum, quid agant Troiani, comitem poſuſat.  
Id enim fore, tum iucundius, tum tuuſius. Carmen ſic habet:  
ΑΧΝ ἐτοῦ μοὶ τενίς ἐτοῦ ἐρχομένῳ Καὶ ἀλλοτροῦ,  
Μέλλων δελτηρεῖ, ηροὶ διεργάτεροι ἐσται,  
Σάρτε d' ἐρχομένῳ, κούτε ποτὲ δὲ τοι φύσονται,  
Οπτωσικέρεται, μεντοὶ δὲ τοι νοκονται,  
Αλλάτε οἱ βρεχαντοὶ δὲ νοσοι, Λεπτοὶ δὲ τε μηδε, id eſt,  
At mibi ſi alius ueniat comeſ, ille futurus  
Solamen, ſueritq; ſimil fiducia maior,  
Si duo coniuncti ueniant. Dein hic prior illo,  
Si quid opus factio uidet. At qui ſolus et unus,  
Quamvis perſpiciat, tamen eſt mens ſeignior illi, et  
Confitum tenue.

Apuleius in libello de demōnī Socratis, autumat allegoria  
non in frugiferiā huic Homericō ſubfelle ſegmento, uidelicet  
periculis in rebus, adhibenda duo, confiſſum et open.  
Vlyſſes quantum prudenter fugiunt, confiſſi ſymbolum  
habet: Dionedes, utpote iuueniū ūribus antecellens, auxiliū  
uifinat imaginem. Apulei ex eo loco herba ſunt hec: Itidem  
cum rebus creperis, et affluens ſpectatores deligendi ſunt,  
qui nocte intempeſta, caſtra hoſtili penetrent, nonne Vlyſſes  
cum Diomede deliguntur: ueluti confiſſum et auxiliū, mens  
et manus, armis et gladius?

Manu ſerendum, non thylaco.

Τῇ Χρήσι δὲ τοιειρ, ἀδαρ μὲν τοῦ διατάκου. id  
eſt, Manu ſerendum facere oportet, nō aut tota corbe. Dicitū  
Corinna ad Pindarum poētam, ut autor eſt Plutarchus in cō-  
mentario quem inscriptis, τορεψος ἀδιάδωντο τῷ τοῦ  
λεμονοῦ, ἢ Ζευſορος φανούρωτοſ. Modis in omni re  
ſeruandus, et pedentibus ab alijs ad alia tranſendandū.  
Ab agricolis

Ab agricolis duellū est: qui cum scrūtū, nō semel effundūt ipso usq[ue], sed manu rara spargūt semina, ut uniuerso arvo occupādo sufficiat. Ad eundē modū tis dispensanda est benignitas, ut multis suppeditare possit. Ita moderandus est labor in literis, ut ad alia quoque utrū munia suppetat animi uigor.

A fronte atque à tergo. LIII

Τρόπον οὐδὲ διώσο, id est, A fronte, atq[ue] à tergo. Proverbij uice receperit, pro eo quod est, diligenter inspicere, et præterea cū p[ro]fessibus ac futuris cōsiderare. V[er]sop[er] Plato in Cratyle. Sumptū est aut ex Iliados libro primo, ubi Achilles Agamemnonis incogitiam accusans, sic dicit:

Οὐδὲ οὐδὲ νοίσαι ἔμα τρόπον οὐδὲ διώσο. id est,  
Nec nouit sumū à tergo, atque à fronte uidere.

R[es]um in eu[er]biū operis libro tertio:

Ἅμα τρόπον ή διώσοντα πεύσθ. id est,

A tergo simul, atque à fronte uidebit.

Ilium Iliados σ.

δὲ οὐδὲ διώσοντα Κατάσω. id est,

Solus enim hic à fronte simul tergoq[ue] tuetur.

M. Tullius proverbij uice usurpauit libro familiarium epistolarum decimotertio: quem uersus senex Præcilius laudat egregie, et ai posse cūdē ἄμα πρόσων ή διώσον uidere.

Huic affine uidetur illud Hesiodum:

Πάτετα μάλιστρος ιδέων μη γένεται κόρεμετα γῆμα. id est,

Cūcta bñ undicē dispiciēs, ne gaudia ducas Vicinis.

Gallos quid execas? LIII

Γαλλος τί τέμας; id est, Gallos quid execas? Quid autem agis? Nam Galli Cybelos sacerdotes sua sponte sunt excelsi teftib[us]. Quid spolia nudum? Cur affligis afflictum? Cur sentile corpus icuinius attenuas? Quanquam ad quanvis inanem operam significandam conuenet. Quemadmodum illa: Laterem lauas: Autem agis.

Quanto aſinis præstantiores muli. LV

Theognidis illud ipſiſimam proverbij faciem habet:

Τρόπον δὲ δοσορ οὐσορ κείσονες καὶ λοιον. id est,

Noris uti quanto muli aſinis superent.

Dicendum ubi quis longo interruſo precedit. Refertur apud Atheneum libro Dipnophylaxiſtrum ſepimo, Sumptum uidetur ex Homero, cuius hi uersus ſunt Iliados κ.

Αλλ' ὅτε δὲ δέ αἰτηστος τὸν τετράγονον τελευταῖον ἐπιτελεῖν, αἱ γῆρας τοῦδε προφέτεον δέιποντι, εἴλεκτρον τοῦδε τελευταῖον τελευταῖον τελευταῖον, εἴλεκτρον τοῦδε τελευταῖον τελευταῖον τελευταῖον.

Rufus Odyſſee. 6.

Τῷρ δὲ δέπιον δέ τρισθετοῦ κατάσων Θάμνοι, καὶ μύμων, τοῖσον τὸν νέφον οἴκου τελεῖ λυμόνοιν,

τοῖσον τεταντερθεορ λαυρέας οἵδε δέλιποντο.

Hesiodus item mulos ταλαιπωργεῖς uocat.

Difficilis uir. LVI

Δενοὺς αὐτὸς τοχέκει ή κατάτον εἰλότω. id est,

Forsan et innocuum culpet uir sensus et acer.

Hunc Homeri uerſiculam olim in Demosthenem uigore iactatum fuīſt, multorum autorum teſtimonijs cōſtat, propterea quod accepta pecunia non manquam et malos defendere, et oppugnare bonos. Eundem ad Varonem torſit M. Tullius libro epifſolarum ad Atticum decimotertio. Dicitur autem abuſu Homerum Iliad. λ. ſub perſona Patrocliti:

Εὖ δέ σὺ οὐδὲ γραμμα βιοτεφεῖς, οἶος ἐκεῖνος Δενοὺς αὐτὸς τοχέκει ή κατάτον εἰλότω.

Ipſe probe noſti ſenior, quod ut eſt feru ille, Culparit facile innocuum, culpasq[ue] uacantem.

Rufus Iliados v.

Εἴτε ἔτειται δυμός ἐναῖδηρος αἰδάνοθεν, id est,  
Hector, quando libet culpa culpare uacantem.

Vnum augurium optimum

tueri patriam. LVII

Abiit in proverbiū etiam hic uersus Homerius:

Εἰς οἰονος ἄρπε Θάμνοιδα περὶ τοῦτον. id est,

Vna uis optima, pro patria pugnare tuenda.

Vſor patrū a M. Tullio i epiftolū ad Atticū. Ille cū Plinio Mi-

nore in epiftolū familiarib[us]. Ciatum ab Aristotele in Rhetori-

cis inter ſententiā. Sumptus est aut ex Iliados μ. ubi He-

ctor auguria reliqua negligēs, loquuntur ad hunc modum:

Τάκι δὲ οἰωνοῖς ταυτηγενή γενοι κελεψίθε

πειθεῖσθαι, τὴν οὐτι μεταθετοῦν οὐδὲ ὀλεγίων,

εἰτὲ ἔται δέξιοι τοῖσι πρόσες καὶ τελείοντε,

καὶ ἐπ' αἰσχρά τοιγε ποτὶ γεφυρον ἀρρενεύεται.

ἴμενος δε γεφυρον διοῖς περιώμενα Βελλή,

οὐδὲ ταῦται συντοτοῖς ηδὲ ἀδεντοτοισιν ἀνάσσον.

εἰς οἰωνος ἄρπε Θάμνοιδα περὶ πάθην. id est,

Aligeris aibus tume parere iubes nunc,

Ογαρον nulla mibi cura aut refreſlus, utriuſne

Ad dextram Eoi ueniant mibi ſolis ad ortum,

An leuam, ad ſolem occiduum, noctisq[ue] tenebras.

Verum nos ious abitio parere necesse erit

Altitonantis, hic imperium tenet unus in omniis,

Quotquot mortales, quotquot ſunt morte carentes.

Vna uis optima, pro patria pugnare tuenda.

Hanc Homerū ſententiā exprefſiſe uidetur Q. Fabius Ma-

ximus apud M. Tulliu lib. de feneſtate. Is enim cum effet

augur, dicere aſius est, optimus auſpicioſis ea geri, que pro

Reipub. ſalute fierent. Que contra Rempub. ferrentur, con-

tra auſpicioſis ferri. Apud Atheneum Hemochrus detorquet ad

parafitū, ex Metapene Comico uerſiculū hemis ſuū citans:

Εἰς οἰωνος ἄρπε Θάμνοιδα περὶ δίτιτος. id est,

Vna uis optima, pro ecena pugnare tuenda:

Ne quid ſuo ſuat capiti. LVIII

Terentius in Phormione proverbiū figura dixit: Ne

quid ſuo ſuat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi cōciliet.

Exprefſum eſt ad illud Homerū Iliados σ.

Οὐκ φελοι τρόποις κοποεαρδικα κακά ſάτους id est,

An ſuere inuafe non debebam mala Trois?

Iadem Odyſſee τ.

Εἰναιτε γέρα ſupiū κακά δέπτοιν θεμολέποντες,

πατειοῖς δέλοισι. id est,

Αννυ illis nonum mala iam ſuimus, tentantes

Fraudibus omnigenis. Rufus Odyſſee τ.

Tu δέ ου πλειστορχο δινατορύπε μοροπ τε

ράπτες, id est,

Cur tu Telemacho mortem ſuis, exitiumq[ue]:

Terra mihi prius dehifcat. LIX

M. Tullius libro epiftolarum ad Atticum nono: Aberit

non longe, quin hoc à me decerni uelit. Neque ſit contentus,

Galba, Scæwola, Caſſio, Antonio:

Τότε μοι χάριοι εἴρει καθώρ. id est,

Tellus ipſa mibi tunc ampla dehifcat.

Eſt autē hemiſtichū Homerū ex Iliad. quartō: Lucianus

in Lapithis: καὶ τότε δέ τοι λόγι, κανψι μοι

την γένοντο. id est, Ianq[ue] iuxta id quod uiglo dici

ſolet, oportabat ut mibi terra dehifcat. Ariftides in Themistole-

e: οὐδὲ πτοχός οὐδὲ θεοταῖς γένεσι, οὐδὲ πρέστητο εἰτό

χερνερ την γένοντο. id est, αὐτονομία τους πάντας κερδιλούνει.

id est, Neque perplexus erat, neq[ue] cōſternabatur animo, neq[ue]

H optabat,

optabat, ut sibi terra debisceret, neque beatos dicebat illos, qui iam olim fuisse defuncti uita. Et Vergilius in quarto:  
Sed mihi uel tellus optem prius ina debisca,  
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras  
Pallentis umbras Ebrei, noctenig profundam,  
Ante pudor quam te uiolen, aut tua iur resoluam.

## Vestis uirum facit.

E' μετρα καιρη, id est, Vestes uir. Id hodie quoq; iudgo tristissimum est. Aiant enim ad hunc modum:  
Vestitus uirum reddit, qui habet, induat.  
Id affermat Quintilianus libro institutionum octauo: Et cula-  
tus, inquietus, concessus atq; magnificus, addit hominibus, ut  
Greco uersu testatu est, autoritatem. Huc aut uersum, que cit-  
tat Fabius, opinor esse illi apud Homerum Odysse 3.  
Εν γαρ τοι τοτων φαληρας ανδρων τασσαινει  
εδιλλ. id est,  
Quippe homini ex ipsis surgi bona fama decusq;  
Pauloq; inferius in eodē libro, quantū momēti cultus uestium  
adserat, ad cōciliandā homini formā, dignitatēnq;, satis indi-  
cat, cū Naufragan puerellā ita de vlysse loquenter facit:  
Προστρεψαντος δέ μοι ἀφεντός οὐδὲ τίνειν. id est,  
Νῦν δέ θεοτοπούς εἴσκει, τοι οὐρανόν οὐδών εχεσθι. id est,  
Ante uidebant specie fodisimus esse,  
Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.  
Nam ante nudus, uestes mitidas induerat vlysse, ac proti-  
nus aliis esse iulus est:  
Ἐγενέτην δέ τανάθιδε καὶ τὸν θεόν  
κατέδει Κράτος χάρισιν. id est,  
Deinde procul, ueniens ad littora pontica sedit  
Fidgesens forma, atque leporibus.

## Teneri calidis balneis.

Aταλαιοι δημολασιαι, id est, Teneri calidis lau-  
cris, in molles & luxu diffisiuetes dicebatur. Nam antiquitus  
calida balnea deliciarū noīe taxata fuisse: uel Homerus testis  
est Odysse 8. Itē uoluptuarie uite delicias ea cōmemorat:  
Αἰσι Δικαῖοι διάιοι τὸ δημολασίων λαοτέ τε δερυας καὶ εὐνα.  
Ε' μετρα τὸ δημολασίων λαοτέ τε δερυας καὶ εὐνα.  
At semper cordi nobis, epuleq; choriq;  
Cantusq; & uarie uestes, & balnea calda,  
Concupiscentiasq;.  
Refutatio adagium ab Euclio his quidem verbis:  
Αταλαιοι δημολασιαι, οὐδέποι μαλασσονίαι. id est,  
Teneri calidis lauacris, delicati lectorum mollicie.

Huc aliust Perseus, cum ait:

Elixasq; nates labefactat forcipe aduanca.

## Dextrum pedem in calcio,

finistrum in pelui.

Δεξιόη τοι διατρέχουσα, οὐδέποι τοι ποτὸν οὐτισμός. id est,  
Dextrum pedem in calcio, finistrum in pelui.  
Subaudi uerbū ad sententiā accōmodatum, mittit, aut ponit.  
Suidas ex Aristophane citat, atq; dici solere in eos, qui se no-  
runt cōmodo ad rei præsentis conditionem applicare, proq;  
loco, tempore, negocijs, aliam atq; alia sustinere personam.  
Est autem carmen Hexametrum heroicum:  
Dextrum in calcio, leuum uero in podonitro.  
Podonitrum uas, quo pedes latuantur: unde ex uocabu-  
lum indutum à Greis.

## Dea impudentia.

Θεος ή θεαλη, id est, Dea impudentia. Dici solitum,  
ubi quis ex audacia, inuercitudoq; sua lucrum atque emolu-  
mentum ferret. Nam inutilis, ut ait Homerus, ueretūdina uiro

egenti, compluresq; mortales uidet, quibus magno bono fue-  
rit nihil omnino præduisse. Siquidem nullus inquam rem auctis  
est adeo stultus, aut absurdam, que non inuenitur & fauo-  
rem, & admiratorem: multoq; maxima pars mortalium, que  
stultissima sunt, cā miratur maxime. Refutatio à Zenodoto,  
et à Diogeniano. Theophractus in libro de legibus, prodi-  
dit apud Athenenses aras fuisse Contumelie & Impudicitia  
dicatas. Idem attestatur Istrus libro decimoquarto. Item M.  
Tullius libro de legibus secundo. Nam illud uitiosum Athe-  
nias, quod Cylonio sceleri expiato Epimenide Creteni sua-  
dente fecerunt Contumelie phanum & Impudicitia, uirtus  
tes enim non utilia consecrare debet.

## De possessione deinceps.

De possessione deinceps, ex sermone iuriuſorum in  
uulgi sermonem abiit, pro eo quod est famam cuiusdam eripe-  
re, quam iam omnium consenserit: aut admire quip-  
pian, quod suis quasi uite tenere uideretur. Nam ius semper  
fuerit posidenti, interdictumq; cerebatur, ne quis ui compia  
deinceps. Plato libro cui titulus Gorgia, επιχερεσθε  
βασιλεὺς μὲν ἐκ τῆς οὐσίας νόος ἀλισσούς, id est, Conari  
me de possessione a uero deinceps. Est diligenter apud M.  
Tullium. Et apud eundem illud quoque, quasi in sua posses-  
sionem uenerit, cum quis imperiosius agit, aut plus aquo  
imminatur.

## Dædalī ala.

Δαοδ ἀλλα πτερά, id est, Dedali ala. Dici solitum, ubi  
quis aliquo nō fatis idoneus ad negotiū cōficiētur, artis ala-  
cius, aut auxiliū accessionē adiungetur. Aut cum quis uigilante  
necessitate, ad noua cōfigit cōfilia. Nota fabula, que prouer-  
bi manifestavit occasione. Nempe de Dædalo, qui novo cō-  
mentio aliis elapsus est ē manibus Minois.

## Deinde expurgicebar.

Εττα θεργορούμων. id est, Deinde expurgicebar, hoc  
dido significabat uana fuisse que diceretur. Aristophanes:  
κατ' εὐρυ θεργορούμων. id est, Deinde ego expurgice-  
bar, Bacchus in Rani iactat apud Herculem se uadent pū-  
gnam exercuisse, & duodecim aut tredecim hostium natus  
demississe. Id cum Hercule nequitam uerisimile uideretur,  
Bacchum imbellē & delicijs effeminatione dum, gnante-  
ter in bello gefuisse, per iocum subiicit: κατ' εὐρυ θερ-  
γορούμων. Quantquam interpres admonet hunc sermonem ē  
nonnullis, non ad Herculem, sed ad Xanthimū referri, non  
nullis ad ipsū Bacchum, ut significarit se dedita opera men-  
titum fuisse, que narraret. Carmen Aristophanis ascri-  
bitur. Hercules:

Κέκυνα μέχοντας; Bacchus. ή κατεδίσαλι γε νεν  
τῶν τολεμείων, ή διώσει ή τρέψει κατεκα. Hercules.

Σφόδρα Bacchus. ή τοι ἀπέσθω.

Hercules. κατ' εὐρυ θεργορούμων. id est,

Et prelium nauale gefisti obsecro?

Ορίν duo decim hostium rates, aut tredecim

Submersimus. Vos queso? Nos uidelicet.

Ac postea sanè reliquisti me sponor.

Hic iocus prouerbalis etiam hodiernis temporibus familiae-  
ris est iudgo, quoties que memorantur uana, somnisq; simila-  
luna uidentur.

## De lapide emptus.

De lapide emptus. In uilissimum & uebementer obsecrum  
hominem dicebatur. Nam inter scruorum genera, siquidem  
iuxta prouerbia, ιρρη διάλογος δέσποτης, extreme note  
habebantur emptiū, potissimum qua palam in foro diuenditū  
fuerint.

fūsſent. M. Tullius aduersus Pisonem: De me cum omnes ma-  
gistratus promulgasset, præter unum prætorum, à quo non  
fuit postulandum, fratre intimi mei, præterquam duos de la-  
pide emptos. Similiter et illi Greco, quod alio redidimus  
loco, & dñs vixit, & dñs dicitur. id est, Sæde empium mæ-  
cianum. Conſimilem ad modum Colaniella, uilem minimiq; precijs  
seruam significas; quem adulgas quidem, inquit, parvus uel  
de Lepide noxiom, comparari posse putat. Sed ego plurimo-  
rum opinioni difſentis, preciosum unitorem in primis esse  
cerceo. Q[uo]d quidem loco, aut noxiom, noxe deditum,  
& ob id uenire in ſum, aut nexum legē dum arbitror. Nam ne  
dicebantur, qui quod foliando non erant, addicebantur cre-  
ditibor. Iulius Pollio, libro de rerum uocabulis tertio, la-  
pidem unde quondam uendebantur mancipia, topographi  
Iulio, vñ πωλητήριον appellat.

**Date mihi peluim.**

LXVIII

*Dōt̄ μοι λεκάνων. id est, porrigit mibi pelum. Vbi quid nebenerum molestem et cest, ita ut ferri iam diutius non posset, pelum sibi porrigit iubet, quasi per bile, nasefacit et fassidio reū amittitur: ueluti si quis oratione supra modū indoct̄ nō ferens, aut sophistis nemis offensus dicat: dōt̄ μοι λεκάνων. Id est, Porrigit mibi pelum. Refertur à Suidā. Extat autem apud Ariſophanem q̄ vefēdouc. Et Platarchus Sophisticis cint è Platone comicō.*

Dares Entellum prouocas,

LXIX

Dares Entellus provocas, & proberbi speciem habet,  
& apud eruditos uidetur in ius prouerbij cestisse. Sic enim  
Hieronymus ad Augustinum: Memento, inquit, Daretis &  
Entelli. Conuenit uti, si quido quispiam in iuuenili temeritate  
lascifat aliquem: non perinde promptu ab hiscepitudo certe-  
men, uerum intollerandum, si semel inierit. Qui senum ferme-  
nos, ut libenter suffugiant negocia, suscepta pertinaciter ge-  
rat. Sumpiu est ex quinto Aeneidos lib. Vbi Dares quispiam  
fretus, & ferox iuuentu, ultra profiliens in medium,  
quenvis ad certamen provocat: afflorto nemine, deterri-  
toq; reliquis, iam perinde quasi uictor, premium flagitat ab  
Aenea. At Enillus senex, ex iampridem ab huicmodi gene-  
re certaminum feritatus, instigante partim Aceste, partim ue-  
trum uitioriarum memoria, tandem surgit exstibus dimicatu-  
rus. Is diu suo consilientis loco, iuuentu insolentius circum-  
silientem tulit. Donec frustato istu lapsus, pudore sic recan-  
duit, si Daretum iam longe impare planè confitueris fue-  
rit, nisi eum Aeneas intercedens eripuissest. Carmen ipsum  
Maronis adscriberem, si enim longe lepidissimum, ni & lon-  
giusculum effet et in promptu situm.

## Ad Cynosarges.

LXX

Et κύνοςγεγε, id est, Ad Cynosarges, proverbiali cō  
icio dicebatur, quemadmodum εἰς μαραχαὶ εἰς κό<sup>π</sup>  
ειας. Erat autē Cynosarges locus in Attica quipiam, in  
quā nothi ἀρχή exercebatur: cui nomē inditū, et cōsue-  
tus. Id est, A cane albo, seu ueloci. Nam Græcis ea uox  
ἀρχή, utrig. significat. Qui colligit historias ex oration-  
bus stellenticiis Gregorij Nazianzeni: tradit Cynosarges  
dictū αὐτῷ οὐ κύνος, η σκύρος, cōmunito και γ. Nomis  
cum sanctam hac adscribit. Cum olim Diomus quidā Athene-  
sis auctore Stephano, nam Suidas Didymū ponit, sacrificaret  
Herculi, canis quidam albū, aut, ut alii dicunt, uelox aquilā,  
uictima partem abreption in locum quendam depositū. Quo  
prodigio territus, cum deum consuluissest, responsum est, ut  
et in loco Herculi sacellum extrirectur, et quem uictima depor-  
tata fuisse. Nam eum Herculem p̄sever. Porv. quoniam Hes-

codes nobis sicut, ut pote ex adulteria natus, et tamen virtute sua diis aequali honorem affectus; idcirco iustum est, ut imbi quispius si fuisse, et neq; patris, neq; matris nomine cives exercerentur. Nec abhorret ab his, quod scribit Plutarchus in libello quo inscripsit ιερολογιον. Et de omni C. tertio ad mo-  
dos dicitur καλέσθηται πάτερ τον θεόν τον πάτερνον εἰς  
καθοδογραφίαν την πάτερνην, μετάρηπτος  
μετατρέπεται οὐα λέγεται γνώστων οὐανού, ὅπι  
δημοσιότερον μεταβαλλεται σε προσθήτων. id est, *Quod*  
*si* igitur hunc quoque mortuum oportet vocare anorem formi-  
nem ac notum; ueluti in Cynosarges coniunctem nos in  
muliere conclauem; magis autem, sicut aquilam quandam di-  
cunt greci; id est, ingenuam & germanam, ac montanam;  
quam Homerus nigrum & uenatorum appellat. Unde uel  
contumelia causa dicebatur, εἰς καυδοσφέγχη, uelut in  
spurium, uel imprecando, quasi dicas, in malā crucē. Postea  
consentaneum est hoc quoque loco garrire ceepisse philoso-  
phos & sophistas. Nam Suidas testatur tria scilicet gymna-  
sia: Lyceum, Cynosarges, & Academum. Memurit huius  
rei et Plutarchus in Themistocles uita, quena ait, fuisse no-  
rum. Erat autē extra portas Atheniensem Herculis gym-  
nasium, quo spurij adolescentes se se conferebant exercitiū  
gratia, quod & ipse deus notus ac matre mortali natus  
est. Huc Themistocles adhuc adolescentes arte pelliciebat &  
ingenuos aliquot adolescentes, quo pavidum tollere, noto-  
rum & legitorum discrimen.

## Cythnicae calamitates.

LXXI

καὶ νῦν ἡ συμφορά. id est, Cythnicae calamites. Zenodotus Aristotelem auctorē citat, Cythnios usq; adeo di-  
uexatos, afflictos, suisse ab Amphitryone, ut in proverbiū  
abierint. καὶ νῦν ἡ συμφορά, pro maximis cladibus, et  
immitēs calamitibus. Et autem Cythnus ex insulis Cycla-  
dibus una, contra Dryopidem sita, testis Stephano.

Cythonymí probrum

LXXXII

Kudovus a. x. 203, id est, Cybomyri decedet. In hominem dictebat uerbeneter insani, sciaq; nominis, cuiusq; nomine iure supprimi debeat: uel ob maleficia, uel ob calamitates. Unde et Greca vox a celando noire dicta est. Et hoc die dicti uulgo traxenda erit, quoties immutu faciebit esse facinus, quam ut auctoris faciendo fit mentio. Autor Zenodotus.

## Cyziceni statres.

XXXIII

Ku<sup>3</sup>ñulwoi sc̄nēe, id est, Cyzicenī statere. De re sc̄i te scalpta. Hoc enim subindicat τραγουιολόγοι. Nam hi nūm̄ oīnō celeb̄rēs crāt̄, quod elegāter sc̄alptū uidetur. Re presentabat altr̄a pars Cybēlē deūri matr̄, facti muliebri, altr̄a leonis imaginē. Mibi magis uidetur fore locus pro uerbo, cū hominē significans in eū quale, ac si distinlē: aut quid longe aliud agat, quam pr̄ se fr̄at̄. Quemadmodū nūm̄ Cyzicenī ex uno latere Cybelem ostendebant effeminatas, ex altero leonem. Stater is ualebat xxvii. drachmas Atticas, unde ex re magiū precij uidetur posse dici. Proverbij p̄ te alios meminīt̄ ex Suidas.

### Cyrtia terra.

XXIII

Kugvix *q̄s*, id est, *Cyrnus tellus*, dicebatur regio latro-  
cinijs infamis, cuiusmodi sc̄rit̄ olim fuisse *Cyrnū*. Est autem  
*Cyrnus insula* quæ d̄ad borcā possedit lapygij, mellifico  
nobilis, auctor Stephano, utrum ob latrociniū fuit inaccessa  
nauigantibus. Plinius autem hanc esse *Corsicanam*: in Ligni-  
fico, inquit, mari est *Corsica*, quam Græci *Cyrron* appellau-  
erunt. Gens hæc & hodie male audit apud Italos. Procur-  
bit non inepte detinoribus in bonum alieni rabacem.

ac uiolentum. In collectaneis Zenobij per Aldum editis reperio, κυνίας ὄπη, id est, Cynnia noxa.

## Cinnyre opes.

LXXV

Kύνιφ πλάστος, id est, Cinnyre opes. De innensis diutius dicebatur. Similium illi: Mida opes. Nā huic regionē opulētissimū suffit, Neō satis indicat Metamorph. lib. xi. Gratulor huic terra, quod abest regionibus illis, Quae tantum genuere nefas, sit diu Amomo, Cynamāq; costumāq; suam, sudatāq; ligno Thura frāt, floresq; dios Panchāda tellus, Dum frāt et myrrham.

Pindarus in Nemēis meminit Cinnyre praeeditis, σῶν θέων γράφειν διεῖς οὐδεὶς αὐθεόνωσι ταχανώπερ Θέα, δέων νὴ κινέαν θέρας ταλάτω τοντίζει ποτε κατεπειν, id est, Deo fauente, felicitas hominibus stabilius, que sanè et Cinnyr opibus cumulauit olin in marina Cypro. Proverbij meminit ex Platō lib. de legibus secundo: Εἰσὶ δέ τοι ταλάτην μεν κινέαν νὴ μίδα μάλαρον, ἢν δὲ ταῦτα κοσμοὶ, καλλιόρε τε δέρη νὴ ἀνακένει, id est, Quod si dītor quidē fuerit, quam Cinnyra aut Mida, sit autem iniustus, et miser est, et moleste uiuit. Siudā dīstione καταγγέλλεται refert hūc ad modū: καταγγέλλουσι θεοντάς τε τοι, καὶ τὰ κινέαν ταλάτην τοι, Οὐσικαντάλλεται τοι παρομίας μὴ τοι ταλάτην δίει ταλάτην οἱ γέροντες, id est, Confessio Titheo profundius, Cinnyra diutus, Sardanapalo deliciosus, ut in te compleatuer proverbiū: bis puer senes.

Minus de istis laboribus, quam  
de ranis palustribus.

LXXXVI

Μέλι μοι τοῦ τοιετῶν οὐδέποτε, Κῆπος τὸν δὴ ποτε τελάμονα βατέροντο, id est, Nihilo maior mīhi rētū istarū cura, quam ranarū in limo uersantū. Proverbialis hyberbole, qua significanūs, nūbil omnino ad nos pertinere negotium. Reclū dīctetur et in obtrētatores, quorū oblocutiones dicemus nos fortius contēnere. Siquidem rāne tēstīsi assidue obganiant, oblatrēti, p̄terētūtib⁹, et odiosam illam cantonem iterent sine fine, Βρεκεκεκέ κοάξ κοάξ, tamē nōn conmoueret. Ad hoc facit quod Origenes Aegyptias ranas Dialetoricūs et sophistarū garrulitatem interpretatā in decretis pontificis.

## Cucurbita fanor.

LXXXVII

Kολοκάντρα θύγιεσθε, id est, Cucurbita salubrior. Suidas pro adagio refert. Atheneus libro tertio, citat hunc uerſiculum ex Epicharmo: θύγιεσθον τὸν εἴτη κολοκάντρας πολὺ. id est, Eratī longe fātūs cucurbita. Versus Græcus constabili fit legat, θύγιε, Nam ut nos addūximus habebit in Atheneo editio per Aldum. Vnde sit natum, nō indicat. Proinde diuinādū id inde dictum: uel quod cucurbita non facile leditur aeris uitio, propter crustum, quo tegitur: uel quod ea varij remedijs efficax et se perhibeat: quemadmodū indicat Dioscrides libro secundo. Cognitum illi, quod aliis recensimus: θύγιον θύγιεσθε, id est, Crotone salubrior.

Cum deo quisque &  
gaudet, & fler.

LXXXVIII

εὖλος θύγιον παρεῖ νὴ γελάξ καὶ ωδήσεται. id est, Deo uiolente, quisque ridet atque fleret. Admonet adagium rerum humanarum celerem esse commutationem: neque in nobis siūm, ut res perpetuo secunde sint: uerum utcumque fortune lubitum fuerit, ita uel secundis rebus

attollimus: uel aduersis affligimus. Existat hic uerſiculus apud Sophoclem in Aida flagellifero. Idem sibi uult illud Euripi deum ex Iphigenia Auliden.

Οὐκ ἔτι τάσσει σὲ εφύτευσθε γαδεσίς,  
ἀγάπαμνον ἀτέψυσε.

Δέ δὲ σὲ κατέρη νοῇ ληπτέδη,

Θυντός γοῦρη θύμος, καὶ μή συ δέληχε,  
τὰ δέων οὐτω βελούμερον ἔσαι.

id est, Non te seuit ad omnia leta

Agamemnon Atreus.

Gaudere atque dolere, necesse est.

Mortalis enim es, Sin tu nolis,

Tamen euenies, sic dij placitum Cum deo fit Graecis, quod fit fuente numine. Contra sine deo, quod absque deorum favore. Pindarus in Pythiis hymno quinto: οὐ διώρητε, id est, non sine dij. Et Vergilius:

Hanc equidem, sine mente reor, sine numine diuina.

Cum Coryco luctari.

LXXXIX

πρόσθιο κόρυκο γυμνάζεσθ, id est, Aduersus Corycum luctari dicbatur, q̄ si ueneret in anē operā. Opinor Corycū p̄ leſtrītē suffit quēpā inuitū. Niſi malarius Corycū effeminate coriacta, ut adagū affine sit illi: Vtrem uellis.

Curetum os.

LXXX

Κεράτων σόμα, id est, Curetū os. Dici solitu, si q̄nūs numine afflatus loqui uidetur, propriea q̄d Curetes Cybe lis comites, furor quo dā sacro percitti, diuinare uidentur. Referto à Zenodoto.

Meliū nobis est, quam heri.

LXXXI

Proverbialm habere figuraū uidetur illud Aristophanis in Pluto:

Ἐ βλεψόντες τὸν Χερον οὐ πρόστομον. id est, O Blepsideme melius atque heri mīhi est.

Cum significanūs fortunam in melius commutatam. Item illud Theocritūm, quod dīo citiuūs loco: Τέλος αὐροποιον έστετο χερον. id est, Melius cras forsan habebit.

Nā heri cras, pr̄o pr̄eterito futuroq; tēpore posita sunt.

Cretenses sacram.

LXXXII

Οἱ κηρύπετοι διὰ δυτικῶν, id est, Cretenses sacram, subantū faciunt: aut simile quippā. Adagū Zenodotū ad huiusmodi refert fabulā. Tepestate iadūtū Agamemnon, delētus est in Cretam, ingressusq; Polyrhenen(nān id est Crete insule oppidum, ab ouiam copia sic appellatum autore Stephanō)ren diuinām fecit. Interē uero capitū cōscēnsūs nātūrābus aufigurant. Que res cum illi renunciaret, furtū diuidiatū et imperfectū sacrificiū, et iam incenſam uelū reliquise, curricidoq; ad mari litus properasse, perturbatum matore in modū, animoq; cōsternatum. Ibi uānū reperiſse nauem reliquā, quā deuelūs est, multū imprecatus malorum ciuiis insule cultoribus. Unde si qua res per tumultū, ac turbulētū fieret, κηρύπετο δυοικη, id est, Cretense sacram uocabant. Mibi uidetur quadratūrum, ubi quis nō fruſtrā bis, que paruit. Quē admodū usū uenit Agamemnoni, cuius uictimas deuoraueret Cretenses.

Simul & misertūm est,

& interiūt̄ gratia.

LXXXIII

Ἄμελεντης νοῇ τέτυκεν χεριά. id est, Simul & misertūm est, interiūt̄ gratia. Senarius proverbialis apud Zenodotū, dici solitus in ingrātū, qui simili atq; levatus est malis, definit meminisse beneficiorū eius, cuius operā refiliūt̄ est: hæcta illud: Si dolet, mērūt̄: si

minit placet, obliuiscitur, cū cōtra admoneat prouerbii:  
χάρην πολεύω μέμνοντον οὐκ εἴπαντες. id est,  
Memineris accepti, dati obliuisci.

Idem docet in moribus Seneca:

Beneficij accepi meminiſſe oportere, dati obliuisci.  
At nunc ita effingentur uulg. ut fragili sit beneficiorum  
memoria, iniuriarum tenac. Et iuxta Plautum: Si quid iuves  
pluma lector gratia, si quid offendas, plumbeas iras gerunt.  
Celebrant in eandem sententiā hi quoque uersus:  
Asi δὲ τὸν δισὶς δέσποτον ἔργον φύεται. id est,  
Seruatus usque ingratius est, et immemor. Et:  
Μήτη τίνις δόσιν τάχει γράπτει χρήσις. id est,  
Post manus illico confenserit gratia.

Frustra currit.

LXXXIV

Εἰς κενὸν ἔρχεται, id est, Frustra currit, pro eo quod est,  
frustra laborat; Sic uetus est diuinus Paulus apostolus cōphoribus  
locis. Sumptum ab his, qui in stadio cursu certant. Celebris  
est hic senarius:  
Ἄβετα Θεοντὸν εἰς κενὸν μοχθεῖ ἔρχεται. id est,  
Trematur labore currit irrito.  
Celebratur et illud euauissiam ἀπόρθετη μα, ἔρχεται τέλος  
φύοντος, id est, Currunt extra viam, ubi quis sedulo quidē  
moltior, sed nulla certaratione, que premonstret, quid, qua-  
tenusq; sequendum sit.

Morsus aspidis.

LXXXV

Δῆμος τελεῖδη, id est, Morsus aspidis. De malo im-  
medicabili: aut de lingua uehementer uirulenta. Refertur ada-  
gium ab Apostolo Byzantio, non admodū memorabilis au-  
tore, nisi nos meliorum inopia compelleret. Quanquam hunc  
nec Politianus grauatus est quodam in loco citare testem.  
Circumfertur Graecus uerisculus, adagio concinens:  
ἴοι τεφυει τελεῖδη θεοντὸν κεῖνη γαῖα. id est,  
Telum aspidis profecto mulier improba.  
Aelianus primo de naturis animalium libro, tradit aduersus  
uiperari, omniumq; serpentium morsus remedium inueniri,  
aspide una excepta, precipue si de rana guflari, ut ait libro  
proximo. Solius huius ictum omni cara potentior esse. Nec  
ab ullo iuncti, præterquam à muliere, que ut aspidem, conta-  
ctuq; solo necet: quorum alterum cum regulo, alterum cum  
aconito commun. Nicander item in Theriacis:  
Ἄτωντα φοινίκεαρ αἷμα γετετοντα δάκρυαν θεοντὸν. id est,  
Aspida crudelis, cuius super omnia morsus  
Immedicabilis est.

Plinius prodidit aspidē nunquā uagari sine cōpare: quod si  
cōligerit alteram interimi, protinus altera persequitur per-  
cuſorem, in medijs quoq; fori turbis agitū. Ad dū quidam  
ab hoc ictum serpente, intrat aquator boras emori. Nihil autem  
uetat, quo minus trahatur adagium, ad hostem clancularium, et  
tanto pestilenter, quod clanculum citrāq; dolore  
rem infundat uenenum haec serpens: neq; post mortum appa-  
reat uillus in corpore, tantum sonnum letalis obrepit: quem  
admodum describit Nicander, atque hinc existimat quidam  
